



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 11. Illustria hujus veritatis testimonia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

bus, ut habet Aristoteles, & unica gaudii
balsami pretiosior est oceano facium, ac-
put unum Salmonis carius est sexcentis
narum, ut dixisse fertur Dux Albanus.

§. XI.

Illustria huius veritatis testimonia.

Quod si modica huius mirifici gaudi-
participatio excedit omnes mundi de-
cias, quanti erit plena & perfecta eius fru-
ctus. Quam delectabiles illius letitiae thesauri
quos promittit Deus confidentibus in se, te-
ste Ecclesiastico, *jucunditatem & exultationem
thesaurizabit super eum.* P. Baptista Sro-
cius concionator celebris è Societate [ESU]
cum quadam die rationem conscientiarum
redderet P. Balthasari Alvarez superioris
confessus est illi quod si quidquid ubique
Deo creatum est jucundum ac delectabile,
congereretur in unum, perpetuumque fructus
nolle se totum hoc permutare cum unius ho-
ræ quadrantis voluptate quam ex Deo cape-
ret. Alius quidam solebat dicere, quod con-
solationes quas Deo donante percipiebat et
unico sacrae synaxeos refectioe, praesentem
omnibus quas homines universi ex creaturis
creatarum usu simul capere possent volupta-
tibus. Deus bone quis cogitatione compre-
hendat, nedum verbo explicet ingens gaudi-
dium, quo cumulatur anima quæ te possidet

& præter te nihil possidet? Cœlestis Sponsa
 quæ affuebat tota divinis delicijs magno-
 pere cupit in sacro cantico eas nobis declara-
 re, sed sanè ijs utitur verbis, ex quibus non
 satis claram hauriamus notitiam ut verba
 ipsi, quibus suam gratiarum abundantiam
 explicet, defuisse videantur. *Introduxit me*
Rex, ait, in cellam vinariam: exultabimus &
latabimur in te: memores uberum tuorum.
 Cant. i. Per hoc quod dicit, *Introduxit me Rex*
 significare vult aliquid, quod exprimere satis
 nequeat. Et Deus ipse alloquens fidelem ser-
 vum simili phrasi, invitat illum ad degustan-
 da vera gaudia: *Intra in gaudium Domini tui,*
 Matth. 25. Quasi dicat: Quia mei causa renun-
 tasti mundi voluptatibus & privasti te sen-
 suum oblationibus, volo in posterum
 gaudijs affluas Angelorum, imò eodem per-
 fruaris gaudio, quo ego perfruor, iisdem mo-
 tivis; iisdem affectibus gaudeas, quibus ego
 metipse. Quoniam verò gaudium meum in-
 comprehensibile est & non intrat in hominẽ
 ut comprehensum ab homine, (quomodo
 loquitur Cajetanus in hunc locum) volo ut
 tu intres in illud gaudium, ut ab ejus uberta-
 te non inebrieris modo, sed etiam velut o-
 ceano deliciarum cœlestium immenso totus
 absorbearis: *Intra in gaudium Domini tui.*

NOA

Non sic spongia immersa mari, non sic avis
 aëre, non sic igne candens ferrum in fornace
 succensâ replentur aut ambiuntur, quemad-
 modum ego meis te implere gaudijs & cū-
 mulare constitui. Hac ratione agit Deus &
 alloquitur fideles suos amicos qui exta Deū
 nihil quærunt: sic consolatur eos qui in suis
 afflictionibus in ipso solo confidunt, qui
 consolationes omnes præterquam ab ipso
 profectas rejiciunt dicentes cum Davide: *Re-
 nuit consolari anima mea: memor fui Dei &
 delectatus sum* psal. 76. S. Augustinus expli-
 cans psalmum 36. hoc argumentum præcla-
 rissimè omnino & disertissime tractat, adeo
 ut S. Fulgentius cū aliquando ad apertu-
 ram libri in eum locum incidisset, sensit se il-
 licò, ut in ejus vitâ narratur, ardentissimo in-
 flammari desiderio institutum vitæ suæ cō-
 mutandi. Quare è vestigio contulit se ad Mo-
 nasterium vitæque religiosæ vota quæ ad eū
 diem secreta servaverat, publicè professus est
 Et sanè duri atque obstinati cordis sit, neces-
 se est, qui lecto tam singulari devotionis sen-
 su non moveatur. Videtur enim sanctissimus
 Doctor quasi exhibere oculis nostris lucidif-
 simas faces quibus in Dei cognitionem mi-
 rabiliter illuminet intellectum & accendat
 voluntatem ad ferventissimum ejusdem a-

morem

morem. Sic ergò loquitur, sed ex ungue leonem. Homines voluptatem capiunt ex divitijs, ex honoribus, ex cupiditatibus suis pro voto adimpletis; hic accensis delectatur odoribus, ille quotidianis convivijs, iste risibus & jocis. Unusquisque naturæ suæ impetum sequitur ut suis satisfaciat cupiditatibus quæ non minus inter se discrepant quam homines ipsi inter se dissimiles sunt facie; ætate, ingenio, indole & corporis constitutione. Sed si mihi credas, inquit, docebo te modum quo hominum omnium cupiditates expleas & unus perfectissimè possideas sine labore voluptates omnes quas cæteri assiduis studiis quærunt, non acquirunt, optant, nunquam obtinent quin multa semper & præcipua desint. Verbo dicam: Mundum mundo relinque & elige tibi solum Deum, quem semel si tenueris, veram in illo invenies quietem, salutem, felicitatem, voluptatè, delicias, gaudia, divitias, vitam & quæcunque desiderare potes & optare. Longè aliud est possidere Deum, ac res creatas, hæ sicut naturæ & essentia finitæ sunt ita proprietates & perfectiones finitas habent & limitates. Aurum quod est, non potest tibi esse argentum: quod vinum est non potest tibi esse panis: quod tibi lux est non potest esse potus; Deus tuus totum tibi erit

erit. Manducabis eum, ne esurias: bibes eum
 ne sitias: illuminaberis ab eo ne sis caecus
 fulcietis ab eo ne deficias, possidebit tibi
 integrum totus integer, Ipse solus potest
 liberalissimè suppeditare tibi necessaria
 nia, vel ab omni necessitate vitae sustentata
 mirabiliter eximere, sicut exemit complures
 qui multis annis in solitudinibus locis
 desertis sanctissimè vixerunt, nec famem
 sitim nec frigus nec æstum nec ulla aënis
 corporis incommoda passi; vel certè mirabilis
 rio Angelorum, aut volucrum provi
 bi potest, sicut providit olim Propheta Elias
 Paulo primo Eremi incolæ aliisque innume
 ris; vel denique singulari sua providentia
 qua nihil permittit deesse ijs qui in ipso con
 fidunt, etiam tunc cum videntur omnia deesse
 cere; potest facere; ut res necessaria velut
 manibus ortæ tibi proveniant. Hoc ipsum
 perti sunt discipuli Christi Domini, quos
 in diversa mitteret loca sine viatico, sine
 culo, sine pera, sine calceamentis, non tam
 mendicantium more, sed perinde ac si
 luisset illos in rerum omnium penuria
 qui tamen in reditu ab eo interrogati: *quid
 aliquid defuit vobis? dixerunt nihil.*